LIBER

prius sepe. Accubitum a cubando
catum quasi ad cubitum epularum. Con
uiuium apud grecos de compositione
ΑΠΟ ΤΟΥ СΥΜΠΙΝΟΙΝ apud nos uero
a conuictu recitatus appellat[ur]. uel quia
uitae conlocutionem habet; Item conui
uium a multitudine conuescentium.
Nam priuata mensa uictus e[st] conui
uium non e[st]; Conuiuii triplex e[st] modus.
Discubendi. edendi. bibendi. discubendi.
Ut toris iussi discubere pictis; edendi
& bibendi. ut postquam prima quies e
pulis mensaeq; remotae; crateras mag
nos statuunt & uina coronant; Cibus
dictus quia capiatur ore sicut esca qui
a esca eos capit. Uictus proprie uocatus quia
uitam retinet. Unde & ad cibum uocare in
uitare dicit[ur]. Alimonia dicta eo q[uo]d eius
sumptu corpus alatur. hanc iuuenes
accipiunt ad incrementum. senes ad p[er]se
uerantiam. Neq; enim subsistere poterit
caro nisi confortetur alimentis. alimen
tum e[st] quo alimur; alimonium alendi
cura; Affluentia nuncupata quasi
redundantia exuberantis effusio ultra
quam satis e[st] modusq; non e[st]. Opulentia
ab ope dictae. quasi dis cutias inuenies

eam tenere modum. nam quomodo optu
latur. q[uo]d minime cum incommodius sit
sepe quam parum; Aepula ab opulentia re[per]
dictae. aepulae aut[em] simplices in duo ne
cessaria diuidunt[ur]; panem & uinum & duo
superflua que extra & mari uescendi cau
sa exquirunt[ur]. Dapes aut[em] regum sunt.
aepulae priuatorum. Diliciae nuncupatae
q[uo]d in his delectent[ur] homines. easq; suauit[er]
appetant. Pulmentum uocat[ur] a pulte.
siue enim sola pultis siue quid aliud eius
p[er]mixtione sumatur. pulmentum p[ro]prie di
citur. Satias aut[em] & satietas sibi differ[unt].
Nam satias ex uno cibo dici pote[st]; p[er] cop[iam]
satias fit. saturitas aut[em] a satura nomen
acce[…]pit. q[uo]d e uario alimentorum
ad pa[…]ratu compositum. Crapulae
inmoderata uoracitas quasi cruda epula.
cuius cruditate grauatur cor & stomachus
indegestus afficit[ur]. Inmoderata eni[m]
uoracitas uitium e[st]. sedatam id e[st] salu
tis quantum sustentationi naturaeq; suf
ficiat. Ianticulum e[st] primum cibum quo ie
iunium soluitur. unde & nuncupatum.
Nigidius non ipsi ieiunia ianticulis
leuib; pollumus. Prandium ab appa
ratu edendi dictum. p[ro]prie autem ueteres
prandium uocabant omnium militum cibum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_281/0606